



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Dialecticæ**

**Dieterich, Conrad**

**Giessæ Hessorum, 1611**

III. Individuum

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](#)

liam speciem sub se complectitur, ab ea enim descenditur ad ipsa individua seu bases ordinum prædicamentalium, ut: homo, animal, corpus animatum.

Hic homo est species specialissima: Animal est species subalternata: quia quidem species est respectu corporis animalis. Genus vero est respectu hominis.

Eius sunt hi

CANONES.

I. Species suo genere posterior est natura, & cognitione, (distincta.)

II. Quicquid habet genus, habet & species.

*Vitas Sacra*  
Quadam tamen insunt generi, sc. particulariter & disjunctive, quæ non insunt speciei.

III. Infima species non potest dividi per differentias oppositas, Quia nullo respectu est genus, cuius illa divisio est propria.

III. INDIVIDUUM

Est, quod de uno, solo particuli dicitur. Seu, ut Philippus definit: Individuum vel Singulare est nomen proprium, aut unares, significata nomine proprio, sub certâ specie, seu ostensâ particulâ demonstrante: ut, *Camillus, hic homo.*

Indicatur Individuum, vel appellatione simplici; vel conjuncta.

Sim-

## DIALECTICÆ.

9

Simplex aut est nomen proprium, ut *Augustus*: vel appellativum, *νατ' ἐξοχὴν* Synecdochicam, ut, *Apostolus pro Pauto*.

Conjuncta Individui appellatio, vel est *δεινή demonstrativa*, ut: *hic homo, hic asinus*. Dicitur alias, Individuum signatum: vel *ῷος οὐσία* circumscriptiva.

Et hæc vel communis est, ut *quidam homo*, (*Dicitur alias, Individuum vagum*) vel propria, ut *Troiani belli scriptor, pro Homero*.

*Eius sunt hæc*

### CANONES.

I. Individuum primariò non consideratur in disciplinis.

[*Singularia enim non sunt curae arti: non cadunt sub arte: quia caduca & mutabilia. Ars vero tractat universalia, constantia, uno eodemq; modo se habentia. Secundario vero per consequentiam quandam in arte tractari possunt.*]

XVII.

II. Individui est existentia.

[*Omne enim, juxta regulam Boëthii, quod est (existit) eo ipso quod est (existit) singulare est: hoc est, quæcumque res in natura verè & positivè est quiddam extra intellectu- nem, est singularis per se. Res autem extra intellectu- nem sunt. hic homo, hic servus, hic equus. Melancht. lib. 1. Dial.*

III. Individuum est incommunicabile.

[*Intellige attributivè. Nam ut causa potest unum singulare communicare aliis vitam, mores, disciplinam & alia.*]

### IV. DIFFERENTIA

Est, quæ cum genere constituit

A 5 . cer-